AUGUSTINUS
Salzburg, St. Peter, Anfang 9. Jh.
Seite 409
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

scriptum est inme; haec ergo nobis indicauerunt patres nri; Manus tua
gentes disp dit & plantasti eos. infirmasti populos & expulisti eos; Idest
populos expulisti de terra sua. ut istos introduceres atq: plantaris eorūq:
regnum tuam misericordia confirmares; haec audiuimus a patrib: nostris;
sed fortes ideo illi fuerunt quia fortes erant. quia praeliatores. quia inuisti.
quia exercitati. quia bellicosi. Absit. Nhoc indicauerunt nob patres nri. nhoc
hab & scriptura. sed qui hab & nisi quod sequitur; Non enim in gladio suo
hereditate possidebunt terram & brachium ipsorū non saluos fecerat; Sed dex
tera tua & brachium tuum & inluminatio uultus tui; Dextera tua. potentia
brachium tuum. ipse filius tuus. & inluminatio uultus tui. Quid est hoc quia talibus
signis eis adfuisti ut praesens intellegeres; Nunquid enim quando nobis aliquo
miraculo ds adest faciem ipsius oculis nris uidemus. sed de effectum miraculi
sua praesentiam insinuat hominib:; Denique omnes qui mirantur ad huiuscemodi
facta quid dicunt. Uidimus praesentem; Sed dextera tua & brachium tuum
& inluminatio uultus tui quoniam conplacuisti in eis; Hoc est sicut meis egisti
ut placeres in eis. Ut quisquis eos adtenderet. quomodo cum eis agere dicerer
quia uere ds est cum illis & ds illos agit; Quid ergo alter erat tunc
& alter est nunc. absit; quid enim sequitur; Tu es ipse ex meus. tu es ipse.
Nonenim mutatus es; Tempora mutata uideo. Creator temporum non
mutatur; Tu es ipse ex meus & ds meus. tu me soles dicere. tu me soles
regere. Cum hi soles subuenire; Quia mandas salutem iacob; Quid est
quia mandas. Iam si tu tuam prorsus substantiam atq: naturam quae
quicquid occultasses. Nec hoc quod es inter fuisti patrib:. ut facie ad faciem
tenderent; Tamen pqua liber creaturam. tu mandas salutem iacob;
Genim illa uisio facie ad faciem liberatis in resurrectione seruatur; Illi
patres & iam nouo testamenti. quam uis reuelata secreta uelata misterio tuo
fuerint. quam uis reuelata secreta adnuntiauerint ta m. enin speculo
tenere dixerunt. & in enigmate; seruari autem uisionem in futurum
facie ad faciem. quando uenerit quod ipse apostolus ait; Mortui enim
estis. & uita uestra abscondita est cum xpo in do; Cum autem xps apparuerit
uita uestra. tunc & uos apparebitis in gloria; Tunc ergo nobis seruatur
uisio illa faciem ad faciem. De qua & iohannes dicit; Dilectissimi filii di
sumus. & nondum apparuit quod erimus; scimus quia cum apparuerit.
similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est; Ergo tunc patres
nri non te uiderunt facie ad faciem. secundum quod est & iam. si ista uisio